



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

Vtrum præcepta de virtutibus annexis temperantiæ conuenienter in
scriptura tradantur? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

Vtrum conuenienter tradantur in diuina lege præcepta de virtutibus annexis temperantiæ?

811 **A**D secundum sic proceditur. Videtur, quod in-
conuenienter tradantur in diuina lege præcepta
de virtutibus annexis temperantiæ. Præcepta enim
decalogi, ut dictum est *, sunt quædam vniuersalia
principia totius legis diuinæ. Sed supra est in-
terdictum omnis peccati, ut dicitur Ecclesi. 10. Ergo inter
præcepta decalogi debuit aliquod poni prohibitorium
superbiæ.

ar. præc.
ad 3.

¶ 2 Præterea, Illa præcepta maxime debent in
decalogo poni, per quæ homines maxime inchoant
ad legis implementationem: quia ista videntur esse prima
illa. Sed per humilitatem, per quam homo disponit ad obseruanti-
am diuinæ legis: unde obedientia inter gradus humilitatis
computatur, ut supra habitum est. * Et ideo
etiam videtur esse dicendum de mansuetudine, ut
quam fit ut homo diuinæ scripturæ non contradicat
ut August. dicit * in 2. de Doctrina Christi. Ergo præ-
cepta in decalogo poni debuerunt.

q. 161. a.
6.

li. 2. c. 7.
in princ.
tom. 3.

ar. præc.

¶ 3 Præterea, Dictum est †, quod adulterium
decalogo prohibetur, quia contrariatur dilectioni proxi-
mi. Sed etiam inordinatio exteriorum mensurarum
quæ contrariatur modestiæ, dilectioni proximi op-
ponitur: unde August. dicit * in regula, In omnibus me-
suris vestris nihil fiat quod cuiusquam offendat ali-
quod. Ergo videtur quod etiam huiusmodi inordinatio
debet prohiberi per aliquod præceptum decalogi.

In regu-
la 3. an-
te med.
tom. 1.

In contrarium sufficit auctoritas scripturarum.
RESPONDEO dicendum, quod vniuersa tem-
perantiæ annexa, dupliciter considerari possunt. Vno
modo, secundum se: alio modo, secundum locum effe-
ctus. Secundum se quidem non habent directam habi-
tudinem ad dilectionem Dei vel proximi, sed magis
respiciunt quædam moderationem eorum, quæ ad ip-
sum

sum hominem pertinent. Quantum autem ad effectus suos, possunt respicere dilectionem Dei, vel proximi. Et secundum hoc aliqua præcepta in decalogo ponuntur pertinentia ad prohibendum effectus vitiorum oppositorum temperantias partibus. Sicut ex ira, quæ opponitur mansuetudini, procedit interdum aliquis ad homicidium, quod in decalogo prohibetur: aut ad subtrahendum debitum honorem parentibus, quod etiam potest ex superbia provenire: ex qua etiam multi transgrediuntur præcepta primæ tabulæ.

Ad primum ergo dicendum, quod superbia est initium peccati, sed latens in corde: cuius etiam inordinatio non perpenditur communiter ab omnibus. Unde eius prohibitio non debuit poni inter præcepta decalogi, quæ sunt prima principia per se nota.

Ad secundum dicendum, quod præcepta quæ per se inducunt ad observantiam legis, præsupponunt iam legem. Unde non possunt esse prima legis præcepta, ut in decalogo ponantur.

Ad tertium dicendum, quod inordinatio exteriorum motuum non pertinet ad offensam proximi secundum ipsam speciem actus, sicut homicidium, adulterium, & furtum, quæ in decalogo prohibentur: sed solum secundum quod sunt signa interioris inordinationis, ut supra dictum* est.

QVÆSTIO CLXXI.

De prophetia essentia, in sex articulos divisa.

Postquam dictum est de singulis virtutibus, & vitiis, quæ pertinent ad omnium hominum conditiones, & status, nunc considerandum est de his quæ specialiter ad aliquos homines pertinent. Invenitur autem differentia inter homines secundum ea quæ ad habitus, & actus animæ rationalis pertinent, tripliciter. Vno quidem modo, secundum diuersas gratias gratis datas: quia ut dicitur 1. ad Cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt; & alij datur per spiritum sermo sapientie, alij sermo scientiæ, &c. Alia verò differentia est secundum diuersas vitas, actiuam scilicet, & contempla-

In co. ar.
Et q. 168.
ar. 1.